ducit ad vitam per viam humilitatis de hac obedientie et humilitate
loquitur beatus bernhardus de colloquio simonis ad ihesum d
Nam arca salutis est obedientia si sit firma et stabilis fundata
super firma petra. Melior enim est obedientia quam victima
Unde et vide quomodo xpus dilexit hanc virtutem et magis elegit
suam penam quam obedientiam non suppleret. Et ipsum nomen ihesu quod
est super omne nomen et est remuneratio obedientie teste apostolo petro
eo dicente Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. Cui xpus dixit
Vos qui reliquistis omnia et secuti estis me per obedientiam
et humilitatem sedebitis et vos super sedes iudicantes duodecim
tribus israel. Iudas enim transiit et opera eius et reliquit
est utile magis quam relinquere ideo non est inutilis commutatio
pro amore eius omnia relinquere non tantum possessiones et mundi
divitias fatuitates et nequicias sed et propriam voluntatem
3° principaliter Tertio principaliter dixi quod debemus sequi xpm per viam paupertatis et patientie pro quo notandum quod duplex est paupertas quedam
voluntaria quedam involuntaria. Paupertas vero involuntaria
est inspiritualis unde qui sunt in hac paupertate sequuntur et demum
murmurant contra deum accusant quibus sunt plenis medi
cis et furtis et ocio vacant et tamen multum est eis in suis ne
cessitatibus subvenire unde dicit psalmista Beatus qui intelligit
super egenum et pauperem dicit rabanus super eum secundum eum
indigenti elemosinam tribuit ut predicta vera magis faciat
Qui enim indigenti sed pravo subveniat non sibi ut pecori sub
venit sed ut homini. Non enim pravitatem sed iustum nutrit et culpam
non diligit sed naturam. Sed illa secunda paupertas est voluntaria et
hec est propria et utilis unde qui hanc paupertatem sequuntur bona
temporalia propter deum relinquentes et multis indigentiis se voluntarie
exponunt hii enim sequuntur in via paupertatis Unde